

www.e-rara.ch

Catecheses extemporaneae in quinque capita doctrinae christianae

Geiger, Mauritius

Typis Monasterij S. Galli, 1722

Stiftsbibliothek St. Gallen

Shelf Mark: SGST 13160

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-102646>

Catechesis III. Quae sit vera, divina, salvificaque fides?

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.


e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



CATECHESIS III.

Quæ sit vera, Divina, salvifi-
câque fides?

SUMMA QUÆSTIONUM.

1. Quenam ergo est hæc una sola Divina, à DEO dictata, verâque fides?
2. Cur sola est Divina, verâque fides, quam Catholica Romana docet Ecclesia?
3. Unde liquet solam Catholicam Romanam, esse à Christo institutam Ecclesiam?
4. Quid ex dictis consequitur?

MISCELLANEA.

Quæ sunt alia signa Ecclesiæ Catholicæ?
Cui comparatur Ecclesia Catholica?

Q. I.
Quæ est
Divina,
&c. Fides.

Quæstio Prima: Quenam ergo hæc una
sola, Divina, à DEO dictata, verâque fides?

R. Illa duntaxat, quam Catholica Romana
docet Ecclesia. Sed enim

Q. II.
Cur, quâ
docet
Cath.
Rom. Ec-
clesia?

Quæstio Secunda: Cur sola est vera fides,
quam Catholica Romana docet Ecclesia?

R. Quia hæc sola à Christo est instituta. Petro-
que commissæ Ecclesia, per quam Deus loquitur,
docetque credenda. Matth. 16, v. 18.

Sicut

Sicut nimirum olim per Prophetas & Pontifices credenda & agenda denun-
ciabatur. Sed

Quæstio Tertia: Unde liquet solam Ca-
tholicam Romanam, à Christo institutam esse
Ecclesiam?

R. Ex pluribus, præcipuè tamen quinq; signis:

Cum enim Ecclesia, ejusque fides, sit
omni homini ad salutem absolute necessa-
ria, dubium non est, quin Christus illam
tam fecerit spectabilem, perque tot evi-
dencia & infallibilia signa cognoscibi-
lem, ut ab unoquoque, si modò velit,
facillimè cerni, & à falsis discerni possit.

Quare

Primum signum est, antiquitas Eccle-
siæ, & Fidei Catholicæ Romanæ. Illa
Ecclesia, ejusque Fides evidenter à Deo
instituta esse cognoscitur, quæ est om-
nium antiquissima, quæque ab ipsis Apo-
stolorum temporibus omni tempore &
loco fuerit deprædicata; veram enim Ec-
clesiam talem esse oportet, tum, ut omni
tempore hominibus salus (quæ consistit
fundamentaliter in vera Fide) in prom-
ptu sit; tum, quia Christus ipse Ecclesiam
suam, ejusque fidem Lucernæ super can-
de labrum. Luc. 8. v. 16. Domui super pe-
tram Matth. 7. v. 24. Civitati supra mon-
tem positæ comparavit. Matth. 5. v. 14. At

Q. III.
Vnde li-
quet Cat.
Rom. Ec-
clesiam
esse à
Christo,
&c.

1. Signū.
Antiqui-
tas.

enim sola Ecclesia, & Fides Catholica omni & tempore, & loco floruit, prout antiqua, imò omnium temporum testantur scripta, dicta, factaque. Hæreticorum verò Ecclesia & Fides omninò recentissima, utpote paucos ante annos, idest, seculum contra Orthodoxos Patres, Ecclesiamque antiquam à sacrilegis quibusdam Sacerdotibus investa, prius nec doctrinam ejusmodi, nec Doctoribus prædicantibus unquam visis, aut auditis, &c. Ubi enim quæso Ecclesia Calviniana, ante annos ducentos? an Basileæ? an Tiguri? an in Hollandia? sed in his omnibus nil resonabat, nisi Catholica Fides.

2. Signū.
Sanctitas.

Secundum Signum, Sanctitas. Illa Ecclesia & Fides potissimum à Deo instituta esse cognoscitur, quæ sanctior, id est, quæ sanctitati & cultui Dei potissimum addicta, & quæ hominibus sanctis abundat: at in Ecclesia Catholica tot sunt cultus Divini argumenta, quot ceremoniæ publicæ, & privatæ in Sacramentis, Missa, Processionibus, &c. Quot Religiosi Ordines, Confraternitates, &c. Apud Hæreticos languent, muta sunt omnia; psalmodiam jactant, sed dissonum clamorem potius dicas, orationes nonnullas ante & post mensam adhibent, quod tamen nec ipsi Ethnicis & publicanis insuerum.

Plura

Plura Deo debentur. Rursus in sola Ecclesia & Fide Catholica innumeros floruisse Sanctos Martires, Episcopos, Virgines, Anachoretas, Conjuges, testantur acta veracissima authenticorum scriptorum; quorum nonnullos Calendarium exhibet, nempe quia in Ecclesia Catholica habebant, & adhibebant media ad Sanctitatem, Consilia Evangelica; sed ubi quæso quærendi Hæreticorum Sancti?

Tertium signum, Miracula. Infallibiliter illam Ecclesiam & Fidem à Deo institutam esse conjicimus, quæ miraculis est comprobata juxta promissionem Christi: Signa, qui crediderint, hæc sequentur. Marc. 16. v. 17. Imò nec Christus sibi credendum dicebat, nisi ea fecisset, quæ nemo alius fecerat. Joh. 15. v. 24. At in sola Ecclesia Catholica constat dari, & quidem innumera ejusmodi miracula, tum in locis sacris edita, tum à Viris Sanctis patrata, juxta irrefragabilem testium infinitorum auctoritatem; Hæretici enim sunt omninò hic steriles.

Quartum signum. Eo ipso quòd semper & ab omnibus fuerit dicta Catholica Ecclesia, ejusque Fides Catholica, quod nomen ab Apostolis soli veræ à Christo institutæ Ecclesiæ attributum nemo negat,

3. Signū.
Miracula
authentica.

4. Signū.
Nomen
Catholicum.

quis autem hæreticorum præsumpsit unquam nomen Catholicum?

I. Signū.
Unitas.

Quæ alia
signa Ec-
clesiæ Ca-
tholicæ?

Quintum Signum, Unitas. Veram Christi Ecclesiam unam esse oportet eo ipso, quod sit perpetua: at Catholica Romana Ecclesia ejusque Fides semper & ubique eadem est & una, ut per singula tempora, & orbis partes cunctis parebit: Hæreticorum quot capita, tot sententiæ. Sed de his signis fusius in sequenti expositione, quibus addere lubet & hoc. Illa Ecclesia, & fides à Deo instituta est, in qua maximè manifestatur adesse Spiritus Sanctus, Doctor & Magister veræ Ecclesiæ *Joan. 14. v. 26.* nempe Spiritus amoris, quo acti Catholici per plures relinquunt Patrem, matrem, uxores, fratres, agros, ut serviant Deo. *Matth. 19. v. 29.*

Spiritus Devotionis, quo diu noctuque orationibus intenti, non cessant laudare nomen Domini.

Spiritus Charitatis, quo multi ad barbaras profecti gentes, non pro amicis tantum, sed pro & inimicis posuere animam. *Matt. 5. v. 44.*

Spiritus Castitatis, quo innumeri carnem suam crucifixerunt cum concupiscentijs, & se ipsos castraverunt propter regnum Cælorum. *Matth. 19. v. 12.* Malueruntque mori, quàm fœdari.

Spiri-

Spiritus timoris Dei, cujus instinctu quàm plurimi eremos & claustra perunt, ut fugiant à ventura ira. Omnes verò si peccare contingat, ad Pœnitentiæ Sacramentum confugiunt.

Spiritus subjectionis, quo iidem abnegantes voluntatem & iudicium, per omnem vitam alieno ambulant iudicio & imperio, verè spiritualiter mortui. *Matth. 16. v. 24.* Similiter Spiritus Intellectûs, Consilij, Fortitudinis, &c. Quid horum apud Hæreticos? omnia hîc plena carne & sanguine, in omnibus libertas prætenditur, libertas voluntatis, iudicij, sensuum; credere & facere, quod affectus suadet, fugere molesta, sectari amica, in nullo sibi vim inferre, &c.

Denique in Catholica Ecclesia Spiritum Veritatis esse constat, eò quòd illius Doctores per approbationem & censuram Ecclesiæ nonnisi verissima scribere & docere possint. Hæreticorum verò libros mendacijs & contumelijs plenos reperies. In unico nuper libro, *Perspectiv* intitulato, plusquàm quinquaginta legi falsitates & contumelias in Catholicos, non pauciores invenies in *Menschen Spiegel* / *Waldenser Chronik* / *Historibuch* &c. Ex quibus concludere licet, si rationibus veris probare

sua possent, ad mendacia non confugerent.

Q. IV.
Quid ex
dictis se-
quitur?

Quaestio Quinta: Quid ex dictis conse-
quitur?

R. Tria haec:

1. Solam
Ecclesiam
Catholi-
cam a
Deo insti-
tuta, &c.

2. Adeo-
que so-
lam il-
lam, ejus-
que fidem
esse ve-
ram &c.

Primo, unicam & solam Ecclesiam Catholicam Romanam, ejusque fidem a Deo institutam esse, ex tot evidentissimis signis.

Secundo ex consequenti solam Ecclesiam Catholicam ejusque fidem esse veram, salvificamque, extra quam proinde non datur salus. Unde S. Fulgentius l. de Fide ad Petrum c. 39. Firmiter crede Petre, & nullatenus dubites, quemlibet Haereticum seu schismaticum, si Ecclesiae Catholicae non fuerit congregatus, quantalibet eleemosynas fecerit, & si pro Christi nomine Sanguinem fuderit, nullatenus posse salvari: omni enim homini, qui Ecclesiae Catholicae non tenet unitatem, neque Baptismus, neque eleemosyna quamlibet copiosa, neque mors pro Christi nomine suscepta proficere potest ad salutem, quandiu in eo haeretica vel schismatica pravitas perseverat, quae ducit ad mortem. Hinc etiam Ecclesia Catholica, ejusque fides comparatur Arcae Noe. Gen. 6. v. 14. & 1. Petri 3. v. 20. extra quam nulli erat salus & spes vitae.

Quibus
compara-
tur Eccle-
sia?

Item

Item terræ Gessen, extra quam tenebræ omnia comprehenderant. *Exodi 10. v. 23.* Domui, in qua comedebatur agnus Paschalis, extra quam percuriebantur ab Angelo omnia primogenita. *Exod. 12. v. 13.* Domui Rahab. *Jos. 6. v. 23.* Electæ sponsæ. *Cant. 4. v. 8.* Turri David. *Cant. 4. v. 4.* Vineæ electæ & uni. *Matt. 21. v. 23.* Ovili. *Joan. 10. v. 16.* Naviculæ Christi. *Matth. 8. v. 23.* Diversorio, in quod saucius Samaritanus eras delatus, *Luc. 10. v. 34.*

Tertiò, omnia esse credenda, quæ per illam præscribuntur, quia non nisi ipsius Dei sunt præscripta.

3. Omnia credenda quæ illa docet.

RECAPITULATIO.

HÆc igitur de vera, salvificaque Fide summa est. (1.) Vera, Divinaque Fides alia non est, quàm ea, quam Catholica Romana docet Ecclesia. (2.) Quia Deus per illam solum, quam ipse instituit, eloquitur credenda. (3.) Quæ tamen à Christo instituta Ecclesia alià non est, quàm Catholica Romana. (4.) Ex quibus omnibus tria deducuntur: Primò solam Ecclesiam Catholicam Romanam à Deo institutam. Secundò consequenter solam illam veram, &c. Tertiò omnia ex ejus præscripto credend.

EXHORTATIO.

Discimus hîc charissimi primò , prudenter & infallibiliter concludere, solam Ecclesiam Catholicam Romanam, ejusque Fidem, esse veram Christi Ecclesiam, & Fidem, ut quæ sola semper visibilis, semper celebris, omniumque antiquissima ab ipso Christo, & Apostolis originem suam prober, quæ nil nisi rationi consonum, nil nisi Sanctum præscribit, quæ perpetuo Dei sacrificio dives, varijs etiam Sacramentis abundat, quæ jejunia, vigiliæ, orationes, aliæque opera pœnalia & latreutica in scripturis commendata, frequenter, quæ Consilia Evangelica voluntariæ Paupertatis, Obedientiæ, &c. innumeris sequenda persuadeat, & quæ ob hæc ipsa viris sanctissimis, & vitæ puritate, austeritatēque admirandis semper efflorescat. Quæ insuper reverà Catholica semper & ubique genitum diffusa, & talis nunquam non ab omnibus appellata, quæ rursus infinitis pœnè miraculis comprobata, quæ semper quoque una & concors in Fide omni & tempore, & loco. Quæ denique tot infideles ad Dei cognitionem adduxit, & quidem tam modo miro, per inermes, &c. Inqua tot Reges & Imperatores Fidem professi sint, quam tot tyranni

Discimus
1. pruden-
ter con-
cludere:
Ecclesiam
Cæt. ejus-
que fidem
esse ve-
ram, &c.

anni nequidquam subvertere tentârint. Quæ à tot hæresiarchis invalsa, superior semper evasit, quæ tot Concilia celebravit; in qua sola est Cathedra Petri, in qua sola sit verum sacrificium & sacerdotium Christianum, in qua sola est vera Pœnitentia, in qua sola est perfecta imitatio & sequela Crucifixi. Quæti quæso solatij & quietis, firmitatisque, credere quæ talis credit Ecclesia, & cum ea tot viri sanctissimi, Spiritu Sancto plenissimi? &c.

Hæreticorum ver-
falsam.

Vicissim hæreticorum Ecclesiam esse falsam, ut quæ sit recentissima non ab Apostolorum, sed à Lutheri annis initium trahens: præcipuis etiam ad sanctitatem medijs careat, & consequenter viris sanctis, miraculis nullis corusca, falsò Catholica, imò & falsò Evangelica dicta, semper discors, & sibi dissimilis, &c.

Discimus secundò, crebrius, & cum gratiarum actione meminisse, cujus Ecclesie & fidei membra simus, quàm puræ, quàm sanctæ, in qua habemus Deum, Patrem, Christi Corpus pro alimonia, sanguinem pro medela, gremiû Ecclesie, tanquam sinum matris, ubi foveamur, lactemur, preces Sanctorum pro adiutorio, vivi & defuncti intercessionem, piorum solatio, &c. Quin & pro hac Fidei veritate sancta-

2. Crebrò
meminisse
cujus
Ecclesie
& fidei
membra
simus.

Et pro ea
vitam
ponere.

sanctâque Ecclesia Catholica, vitam cum sanguine exponere &c.

3. Perpende & tu hæc ô hæretice, &c.

Dice tertio, & tu hæc O Neodoxe, ante omnia videlicet, quâ n ad salutem veræ Ecclesiæ & Fidei veræ professio absolute sit necessaria, utpotè quod sit totius ædificij spiritualis fundamentum; ita ut quæcunque bona opera homo super falsam Fidem ædificet, non ædificium spirituale, sed ruinam ædificet.

Perpende dein utriusque conditionem, & annon Ecclesia Catholica Romana sit illa vera Christi Ecclesia, à qua Majores tui annis ab hinc 140. circiter discessere ad instar filij Prodigij, ut liberiùs viverent, paternarum legum pertæsi, unde & fidem paulatim, virtutemque omnem cum meretricibus prodegerunt.

Resipisce.

Horum tu jam Nepos, agnosce calamitatem & illorum, & tuam; resipisce, accurre ô miser, ô cæce, ô prodige accurre ad gremium Matris, accurre ad pedes Patris crucifixi, accurre, dic peccavi, ego & patres mei, &c.

Evince obstacula.

Nec te remoretur horror difficultatis, nil potest esse difficile, ubi de salute animæ, ubi de præmio, aut pœna agitur æterna.

Verecundiam.

Nec retardet verecundia, quia qui me confessus fuerit, confitebor & ego eum, prote-

protestatur Christus. Memento quòd Augustinus *Tom. 7. l. 3. Cont. Ep. Parm.* de Donatistis in urbe sua Hipponensi sic ferè scribit. Qui Imperatorum Decretis aut vitam, aut Hæresim deponere compulsi, intra paucos menses omnes Ecclesiæ Catholicæ sunt aggregati non sine ipsorum postea gaudio. Quidam enim dicebant, hoc ipsum dudum optabamus, sed timore panico tergiversabamur, DEO laudes, quòd occasionem porrexerit, moramque resciderit: asserebant alij, se quòque agnovisse solius Ecclesiæ Catholicæ fideique veritatem, occultâ tamen quâdam vi, & consuetudine malitiosâ detentos: fatebantur alij ignorâsse se veritatem, nec illam investigare voluisse, gratiæ Deo, quòd timore pœnæ ad illam amplexandam provocaverit, arque ita uno ore omnes Deo optimo benedicebant.

HÆRETICI.

ILLorum Objectiones contra veræ Ecclesiæ signa vide in expositione sequenti.

HISTORIÆ.

Miracula, quibus DEUS Ecclesiæ & fidei Catholicæ Veritatem comprobavit, vide plurima in floribus Exemplorum.

Miracula
fidei
Cath.

Theo-

atores
dei Ca-
tholicæ
Theodo-
rus.

Theodosius Imperator ad extrema veniens, filios Honorium & Arcadium ardentissimo affectu per salutem ipsorum & Reipublicæ obtestatus est, ut sua vestigia insequentes hoc unice curarent, ut Fidei Catholicæ & pietatis doctrinam puram & incorruptam conservarent, & ad posterios propagarent, in hoc enim uno & solo, omnis felicitatis summam esse: hæc unâ ratione, rectè firmari pacem, parari victorias, &c. Theodor. l. 5. c. 25. Niceph. l. 13. c. 1.

Et Philip-
pus.

Philippus II. à vita migraturus Anno 1600. Philippo filio has præceptiones dedit. Ex animo obtestor, ut cum Regnum assecutus fueris, hujus lecti, in quo me vides, & ubi omnis mundi hujus gloria sistit, memineris. Tibi commendo sedis Apostolicæ Obedientiam, fidei Catholicæ protectionem, Religionis Christianæ Zelum, Reipublicæ pacem, & in subditos justitiam. *In vita ejus.*

Et Con-
stantinus
Magnus
ideoque
felix.

Constantinus Imperator propter Fidem Catholicam tam strenuè defensam tantis favoribus a Deo ornatus est, quantos optare nullus audebat; nam universum Orbem Romanum unus tenuit, & defendit, in gerendis bellis victoriosissimus, in Tyrannis opprimendis felicissimus

mus, grandævus denique senectute defunctus est, Imperatores post se relinquens filios. S. Aug. l. 5. de Civ. c. 25.

Honorius Imp. ob similem causam Et Honorius.
plura quàm centum millia Gothorum uno prælio vicit, ne uno quidem ex Romanis aut vulnerato, aut extincto. Ibidem c. 25.

Justinianus senior, quamdiù Catholicus fuit, feliciter imperavit, multâ que Justinianus deficiens punitur morte
Provincias Romano Imperio restituit, at ubi Hæreticus factus edictum de sua hæresi recipienda proponere voluit, repentinâ morte sublatuſ est. Evagr. l. 4. c. 16.

Cùm Christiani Moluccenses à fide Et Moluccen-
Catholica suscepta se iterum à Rege suo abstrahi permisissent, tanta eorum agros alioquin fertilissimos sterilitas invasit, ut toto defectionis tempore, licet sæpius reperitâ satione, nullum fructum proferrent, sicque multi fame perirent, reliqui peste aut bello à paucissimis victi interirent. Daurolt. c. 1. Tit. 18. num. 10.

Lutherus perpetuis conscientia moribus agitarus, illam sopire potibus nitebatur: sed frustra; vermis illorum non morietur. Flor. Rem. de Ort. Hæres.
Hæretici semper anxij, maximè in morte, ut Lutherus.

Phil. Melanchthon inter primos Lutheri sectatores semper in Fide fluctuare, & doctrinam sæpius mutare visus est, quare Et Melanchthon.
morti

Catholici
semper se-
cui, ma-
ximè in
morte.

morti jam vicinum mater sic allocuta est;
Fili, vides me ætate provectam, brevique
migraturam ad iudicium: nōsti quod
persuaseris mihi aviram Religionem cum
hac nova commutare, adjuro itaque te, ut
mihi, quæ vera sit, veraciter aperias. Cui
ille hæc duntaxat verba repoluit: illa se-
curior, hæc plausibilior. *Idem l. 2. c. 9. apud
Marc. Tr. 1. Lect. 5. Prop. 3.*

Catholici quantâ securitate moriantur,
vide *Inf. de quatuor Noviss:*



FUSIOR